

Edition

A.

1.

Dem Bischof (Hartmann von Augsburg) schreibt der Pfarrer A., daß er die (Pfarr)Kirche in N. aufgibt, der er nicht mehr in der notwendigen und gewünschten Weise voranstehen kann. Siegel des Vorgängers S(iboto) des jetzigen Bischofs. – Clm 23502 fol. 1r.

(um 1248?)

Clericus ad episcopum. Reverendo in Christo domino et patri t(ali) episcopo A. plebanus sue parvitas omnimodam cum orationum instantia subiectionem. Quia ecclesie in N., iuxta quod deberem et vellem, preesse non valeo, ipsius curam vestre dominationi resigno, ratum habens, quicquid de ipsa statueritis seu decreveritis agendum. Huius autem resignationis in testimonium sigillum domini S. reverendi predecessoris vestri huic pagine annexum vobis destinamus.

2.

Ein Ministeriale bittet einen Abt oder Propst, dem das Patronatsrecht der Kirche in N. zusteht, da der dortige Pfarrer A. gegenüber dem Bischof seinen Verzicht erklärt hat, diese Kirche seinem Kleriker H. zu übertragen; er, seine Verwandten und die Verwandten des H., der von besonders hervorragenden und edlen Reichsministerialen abstamme, würden sich dankbar erzeigen. – Clm 23502 fol. 1r.

(um 1248?)

Ministerialis ad abbatem vel prepositum. Vestre discretioni notum facimus, quod A. plebanus ecclesie in N., cuius ius patronatus ad vos spectare dinoscitur, curam ipsius ecclesie domino episcopo resignavit. Unde benignitatem vestram omni, qua valemus, precum instantia rogamus, quod H. clericum dilectum nostrum, qui dignus omni honore fore dinoscitur, ad vestituram eiusdem ecclesie intuitu Dei presentare dignemini, scituri quod obinde vestris obsequiis, quamdiu vixerimus, nos et tam parentes nostros quam parentes ipsius H., qui de melioribus et nobilioribus ministerialibus imperii ortus esse dinoscitur, promptiores efficietis.